

cui sedulum exhibebat obsequium, se commendans, cum magno desiderio suspirabat, dicens, sancta trinitas, tuum seruulum, in angustiis positum, ne derelinquas, et sic uerbis finem imponens, uultu placido ¹ spiritum reddidit creatori. Ad sonitum igitur tabule sacrista signum pulsabat* omnibusque concurrentibus obsequium funeris, priusquam ad mensam accederent, rite completum est et cum digno honore ad ecclesiam corpus eius delatum desiderabile super aurum et topazion** cunctis deo seruientibus atque degentibus in hoc loco. Post uigiliarum etiam exequias, quibus fratres ultro se offerrebant ob reuerentiam, quam fratres certatim sibi impendebant, die crastino post missarum celebrationem corpus eius pulueri traditur et sanctam eius animam angeli ad regna caelica, ut pie creditur, transtulerunt. Testantur hec occulta quedam miracula, ad eius tumulum facta et crebre reuelaciones de eius mirifica glorificatione, personis religiosis ostense, in qua magnifica gloria sanctorum cetibus sociatus. Nobis, fratres dilectissimi, magna spes in eo esse dinoscitur, ut, quod nostra fragilitas obtinere non poterit, sallim ipso intercedente mereamur deo donante partem aliquam cum electis dei habere et uidere claritatem glorie illius ueri dei et saluatoris nostri Ihesu Christi, qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

¹ placido. Sf.

* Nach dem usus ord. Cisterc. cap. 95. Sf. des Karlsruher Archivs Nr. 604. ** Psalm. 18, 11. 118, 127.

Zusätze.

Die Markgrafen Hermann und Friderich von Baden genehmigen den Verkauf des Lehens Breitenbet an das Kloster Thennebach. 15. März 1215.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Hermannus et Fridericus, marchiones de Baden, omnibus presentem paginam inspecturis, tam presentibus quam posteris, intimamus, quod, cum dilectus fidelis noster, Henricus de Lare^a predium a nobis, quod est iuxta Spicenbach^b in montanis, que a uulgo dicuntur Breth-ehonot^c, jure feudali possideret, idem predium pro certa quantitate peccunie, tredecim uidelicet marcharum

^a Die von Lahr werden auch im Thennebacher Güterbuche angeführt.

^b Ober-Spigenbach, nördlich von Thennebach.

^c Breitenbet, eine kleine Gemeinde, die in's Freiamt und mit diesem zum Amte Emmendingen gehört.

et unius libre Briscaugensis monete^a, recepta ab abbate Bertoldo de Tennibach et eiusdem loci fratribus, nobis sponte et pacifice resignauit. prece humili supplicans, ut iam dictum predium monasterio eidem traderemus iure perpetuo possidendum. Quia igitur liberalitas principum circa tam honestas petitiones, que ad augmentum religionis spectare noscuntur, solet animum facilius inclinare, perpendentes utilitatibus animarum quam maxime expedire, ut, qui soli domino uacare decreuerint, rebus exterioribus adiuuentur, ut per hoc licentius spiritualibus uacent exercicijs, postulationi eidem pro remedio animarum parentum nostrorum, nec non pro delectis nostris nostraque felicitate conseruanda, ad petitionem dilecti consanguinei nostri Bertoldi, abbas de Tennibach, duximus uoluntati hylari annuendum. Igitur pretaxatum predium prefato monasterio cum terris, pratis, cultis et incultis, cum siluis, pascuis, ortis, piscarijs, aquis et aquarum decursibus et cum omnibus denique utilitatibus et appendicijs, que eidem predio iam existunt uel in futuro poterunt reperiri, libere et pacifice, ita quod nec nos, uel predictus miles Henricus de Lare, nec aliqua in toto mundo persona aduocatie uel prorsus aliquod jus contra uoluntatem fratrum de Tennibach in illo sibi aliquomodo audeat usurpare, libenti animo damus atque beatissime dei genitricis semperque uirgini Marie et sanctis in Tennibach propter amorem Ihesu Christi presenti scripto perpetuo confirmamus, uolentes, ut de pecunia data in precium sepenominati predij, si nobis placuerit, a supra dicto milite predium aliud ematur, quod a nobis loco predicti feudali beneficio possideat, ne uenditionis predictae occasione hominij ipsius debitum seruicium amittamus. Ut autem hec¹ nostre confirmationis pagina² perpetuam obtineat firmitatem, sigilli nostri impressione duximus roborandam. Data idus Martij in castro Hah-

¹ hanc, Sf. ² paginam, Sf.

^a Die Preisangabe über den Verkauf des obigen Lehens bedarf einer Erläuterung, denn da der Preis 13 Markten und 1 Pfund betrug, so können es keine Zalmarken sein, weil 1 Pfund schon 1²/₃ Zalmarken macht, also die Angabe 14²/₃ Markten lauten müßte; aber auch keine Gewichtsmarken, weil das Pfund dann als Bruchtheil der Mark angezeigt wäre, sondern Rechnungsmarken, die damals auf 2¹/₃ Pfund Pfening standen, daher auch die Bezeichnung „Pfening“ ausgelassen ist, weil sie sich bei der Rechnungsmark von selbst verstand. Der ganze Preis in Pfunden ausgedrückt, betrug also 33¹/₂ Pfund Pfening, und ist nicht nach der leuior moneta, die damals am Mittelrhein schon gebräuchlich war (Zeitschr. f. d. Gesch. d. Ob.-Rh. 9, 80 ff.), zu reduciren, sondern nach der früheren Pfeningwährung, was in unserm Gelde 741 fl. 28 fr. macht, wenn man die Speierer Währung zu Grunde legt.